Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



DVS

38

tuum·7 filios eius cum eo·7 cinctos ascindes mamus·sacerdotalis eos ut sacerdotio fungantur· mitte·Faties 7 femoralia linea·ut operiant carnem turpitudinis·a renibus usq; ad femora·7 induentur eis aaron 7 filii eius·qui ingredientur tabernaculum testimonii·vel qui appropinquant ad altare·ut ministrent in sanctuario·ne incurrant in iniquitatem·et morantur·legitimum sempiternum erit aaron 7 filius eius post eum·

XXVIII·

Sed hoc faies ut mundi in sacerdotio consecrentur·Tolle vitulum de armento·7 arietes duos immaculatos·panesq; azimos·7 crispellam absq; fermento que conspersa sunt oleo·lagana quoq; azima oleo lita·De similagine triticea cincta faies·7 posita in canistro offeres·Vitulum autem 7 duos arietes·7 aaron ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonii·Cumq; lauis prem cum filius suis assumes aaron vestimentis suis·i·linea tunica·7 superhumerali·7 rationali·q; astringes balteo·7 pones thyaram in capite eius·7 lamina sancti super thyaram·7 oleum unctionis fundes super caput eius·atq; hoc ritu sacerabis filios eorum illius applicabis·7 indues eos tunicis lineis·cingesq; balteo aaron·i·filios eius·7 impones eis mitras·eritq; sacerdotio mei religione perpetua·Postquam initiaueris manus eorum applicabis·7 vitulum coram tabernaculo testimonii·imponentq; aaron 7 filii eius manus super caput illius·7 mactabis eum in aspectu domini·iuxta ostium tabernaculi testimonii·Sumptusq; de sanguine vituli pones super cornua altaris digito tuo·Reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius·Sumes 7 adipem totum qui operit intestina·7 reticulum iecoris·ac duos renes·7 adipem qui est super eos·7 offeres incensum super altare·Carnes uero vituli·7 corium·7 sinum·7 bubulum foris extra castra·eo quod pro peccato

sit·Unum quoq; arietem sumes·super cuius capit ponent aaron 7 filii eius manus·Quem cum mactaueris·tolles de sanguine eius·7 fundes circa altare·Ipsum quoq; arietem secabis in frusta·Lotaq; intestina eius ac pedes pones super concisas carnes·7 super caput illius·7 offeres totum arietem incensum super altare·Oblatio est domino odor suauissimus·incensum domini·Tolles quoq; alterum arietem·super cuius caput aaron 7 filii eius ponent manus·Quem cum immolaueris·sumes de sanguine ipsius·7 pones super extremum dexteri auriculae aaron 7 filiorum eius·7 super pollices manus eorum ac pedis dextri·fundesq; sanguinem super altare per circuitum·Cumq; tuleris de sanguine qui est super altare·7 de oleo unctionis aspergis aaron 7 vestes eius·filios 7 vestimenta eorum·Sanctificatisq; ipsis vestibus tolles adipem de ariete·7 caudam·7 arvinam·q; operit ventriculum iecoris·7 duos renes·7 adipem qui super eos est·Armum quoq; dextrum eo quod sit aries consecrationis·Toratam panis unius·crispellam ex sporta oleo·laganum de canistro azimorum·quod positum est in aspectu domini·Ponesq; omnia super manus aaron·7 filiorum eius·7 sanctificabis eos eleuans coram domino·Suscipiesq; unusquisque de manibus eorum·7 incendes super altare·in holocaustum·odorem suauissimum in aspectu domini·quia oblatio eius est·Sumes quoq; pectusculum de ariete·quo initiatus est aaron·sanctificabisq; illud eleuatum coram domino·7 erit in partem tuam·Sanctificabis 7 pectusculum sacratum·7 armum quem de ariete separasti·quo initiatus e aaron 7 filii eius·erit eorum in partem aaron 7 filiorum eius inter pretio a filiis israel·qui pacifica sunt 7 initia de victimis eorum pacificis que offerent domino·Erit autem sacra qua utentur aaron 7 filii eius post eum·ut ungant in ea·7 consecrentur manus eorum·Septem diebus